

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus qui intitulatur Fedus christianu[m]

Alantsee, Ambrosius

Augustae Vindelicorum, 1504

VD16 A 1215

Conclusio huius tractatus

[urn:nbn:de:bsz:31-309435](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-309435)

Capitulum VI

ribus, et cū angelis in minoribus negocijs, humano generi subuenire. Glorie conditoris iugiter assistere. Incircumscriptum lumen cernere, nullo metu mortis affici, perpetue incorruptionis munere letari. Habere gloriam corporis prestantem. Possidere gloriam anime ineffabilem et interminabilem ac prestantiorem. Et qđ supra omnia est, inamissibiliter possidere deum. Qui est omnia in omnibus, gloriosus et laudabilis in secula seculorum Amen.

Conclusio huius tractatus.

Dicis filij, filij dei sunt. Vnde saluator in euangelio ait, Beati pacifici quoniam filij dei vocabuntur, filij irie, belli, et discordie, filij diaboli sunt. Sic enim christus rex pacificus, est auctor pacis, et concordie, dilectionis et amicitie. Sic diabolus est auctor omnis mali, discidij, atq; discordie. Qui pacem destruxit in celo. Quando dicit, In celum conscendam, super astra dei exalabo solium meum. Sedebo in monte testamenti. In lateribus aquilonis. Ascendam sup altitudinem nubium. Similis ero altissimo. Sed regio illa yranica quietissima et pacatissima partialitatem et discidium retinere nequiuit, vnde qđ primū ibidem bellum mouit, in ictu oculi precipitatus irreuersibiliter corruit. Pacem malisuafor destruxit in terra. Vbi ad tempus, sed non semper preualuit: quando pthoplastum suggestionem suam per mulierem in peccatum precipitauit. Et inimicitias inter deum et homines, inter angelos et mortales, plus qđ quinq; milibus annis durantes disseminauit. Et seipsum a statu glorie, et a delicijs paradisi celestis precipitauit. Nominem vero a statu gratie, et a iocunditate paradisi terrestris eliminauit. Auctor vite, iesus christus, secundus adam, hanc pacem destructam reparauit, ruinam angelicam et humanā, sua incarnatione et morte refartiuit. Nos deo in sanguine suo reconciliauit. Omniaq; in celo et in terra, iuxta aplm, pacificauit ac deo copulauit. Vnde milicia celestium spirituum, in sua natiuitate, gloriam deo in excelsis cecinit. Et in terra pacem hominibus bone voluntatis annunciauit. Nec semel tantū pacem destruxit: sed eam

Aplm:

Fedus christianum

quotidie dissipare non desinit Juxta illud petri apli: Aduer-
sarius vester diabolus circuit, querens quem deuoret: et ab
electis refecet: sibiq; incorporet: Cui resistite fortes infide,
Et sic ab illa tranquilla pacata et quietissima regione et her-
rea, que nequit retinere vlla discidia, ei⁹ discordia et sinistra
machinamenta sunt eliminata Ita exterminentur a terra,
et habitatione humana: in loca picea atq; tartarea: Vbi oia
sunt cōfusa: nec potest esse tranquillitas vlla. Nam cunctis
mortalibus optabilem pacem cordis, hostis antiquus, cū
suis cōplicitibus aufert, quando hominem in peccatum pre-
cipitat: et per hoc quietem mentis eius eliminat. Et tunc cū
gubernaculo rigiminis diuini amisso, homo extra caritas-
tem ac gratiam degit diuinam, efficitur instrumentum dia-
boli. Et exinde cū alios regere molitur, qui se regere nescit:
pax christiana turbatur: bella et lites suscitantur: Quia sem-
per presumit seua, perturbata conscientia. Si mortales in
timore et amore dei viuerent, sibi et alijs inspiratione diui-
na multam pacem procurarent: Domo enim pacificus est
templum deiet sacrarium spiritus sancti. Melcitis (inquit
apostolus) q; templum dei, estis vos. Et spiritus sanctus
habitabit in vobis: Vnde si homines se deo manciparent, in
caritate et gratia eius viuerent, presentiam eius in se manen-
tem aninaduertent, ducti et edocti ab agente infallibili,
non potente errare, multam pacem et sibi et alijs procura-
rent. Per quam et deo gratam, et hominibus placitam vitā
agerent. Qua a vita temporali et transitoria, venirent ad vi-
tam eternam, sine fine mansuram, in contubernio super no-
rum ciuium, illius clarissime et suavissime celestis hierosoli-
me: In qua rex pacificus iesus christus cum omni cœlica mis-
lucia in pace perpetua, viuit et regnat, per infinita secula se-
culorum Amen.

Apls.

Tractatus de foedere christiano a fratre Ambro-
sio Alantsee Charrusiense editus foeliciter explicit.
Domino Blasio Holzsel Sillionense Secretario
Regio curante, Jobānes Rymannus Dringen-
sis, impensa sua Augustae Vindelicae impressit
Anno Christi, M. D. iij. .vij. Idus Augusti.